

## Psalmus responsorius

Ps 65, 1-3a. 4-5. 6-7a. 16 & 20 ( Rx.: 1)

Rx. Iubiláte Deo, omnis terra.

<sup>1</sup> Iubiláte Deo, omnis terra,

<sup>2</sup> psalmum dícite glóriæ nómínis eius,  
glorificáte laudem eius.

<sup>3</sup> Dícite Deo: «Quam terribília sunt ópera tua. Rx.

<sup>4</sup> Omnis terra adóret te et psallat tibi,  
psalmum dicat nómini tuo».

<sup>5</sup> Veníte et vidéte ópera Dei,  
terríbilis in adinventiónibus super filios hóminum. Rx.

<sup>6</sup> Convértil mare in áridam,  
et in flúmine pertransíbunt pede;  
ibi lætábimur in ipso.

<sup>7</sup> Qui dominátur in virtúte sua in ætérum. Rx.

<sup>16</sup> Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum,  
quanta fecit ánimæ meæ.

<sup>20</sup> Benedíctus Deus, qui non amóvit oratióñem meam  
et misericórdiam suam a me. Rx.